

Aeliani de instruendis aciebus opus ad Diuum Hadrianum: a Theodoro Thessalonicense latinum factum & Antonio Panormite Alphonsi Regis preceptoris dictum :

¹
Aeliani
tempor
hadrian

Præfatio.

Scientiam grecis acierum instruendarum solitam Diue Hadriane: quam ab Homeri usque temporibus sumpsisse in tium certum est: Litteris complures mandarunt auctores superiores: qui parum eam quam nos habere in rebus mathematicis credimur disciplinam tenere: Quam ob rem pace omnium dixerim ita persuasus de hac eadem tractare scientia uolui ut posteros nostra potius quam illorum antiquorum precepta lecturos considerem: tamen quod Romanam huiusmodi rei facultatem ac peritiam ut uerum fatear ignorarem diu dubitavi an rem repetere in usumque reuocare deberem. Iam lapsam desitam & forsitan minime preterea utilem ob eam doctrinam quam tui Romani inuenere. Sed cum ad diuum Neruam patrem tuum salutandi uisendi que gratia Formias uenissem diesque nonnullos apud Frontinum uirum consularem insignem & rei militaris peritum diuenterem. Intellexi sane non minus studium ab eo ipso grecum impendi: quam Romanam scientiam militarem atque ita negligendum preterea quod de acierum instructione more grecorum docerem non censuerat scilicet nunquam apud Frontinum posse id studium seruari: nisi haud deterius eo genere ordinandi quod Romani exercent haberetur. Formam igitur operis quam notaueram quidem aliquando litteris sed nunquam edere ausus sum propter tuam summam peritiam & uirtutem qua facile omnes qui copiis unquam imperauerint antecel-

Homer

Nerua
Frontinus



lis: modo perficiendam expoliendamque repeti ea cum diligentia ut pre omnibus ueterum auctorum grecorum operibus posset meo iudicio comprobari: Nam dilucide quidem ordinateque expositio ratione futurum ita affirmauerim ut qui opus hoc legant longe & plenius possint doceri & facilius quam ex iis que antiquiores reliquerunt: sed quod hoc ita est: tamen non sine pudore sum magis retractoe mittere opus militare ad te poteram: Tam multorum magnorumque bellorum magistrum atque imperatorem. Haud enim fieri potest qui in hec tenuiora uideantur si cum tuis conferri uolueris. At si ut peregrinam scientiam & rationum elegantiusculam quandam legeris commentationem credo non nihil capies delectationis: presertim si in his uel Alexandri Macedonis ingenium ac studium militare contempleris. Summas autem & ueluti capita eorum que explicatur prepolui omnium: ut quando per tuas occupationes minus plura legere liceat: paucis que liber continet intelligere posses & que placuerit legere facile sine ulla iactura temporis inuenires.

Alexander

Rimus omnium quos nouerimus: poeta Homerus acierum instruendarum scientiam tenuisse ac homines ea preditos facultate probasse laudauisseque uidemus. Quale illud de

Menestheo carmen legimus. Nulla quidem huic similem mortalem protulit etas. Ordine qui martis turmas equitemque locaret. Et quidem de homerica disciplina armorum legimus opera Stratoclis: Hermie: & Frontini nostre etatis uiri consularis: sed latius Aeneas genus id instruendi exposuit qui de tota quoque re militari satis operum edidit: que cyneam Thessalum rede gisse in breuitatem constat. Pyrrhus etiam epirota quemadmodum

Homerus

Stratocles

Hermias

Frontinus

Aeneas

Cyneus

Pyrrhus

copie instrui deberent scripsit: & Alexander eius filius: Clearchus. Itemque Paulanias: Euangelus: & Polybius Megalopolitanus: uir in uario litterarum studio delectatus et Scipionis familiaris: Ad hec Eupolemus atque Iphicrates. Posidonius stoicus etiam artem instruendarum acierum scribere: pluresque alii aut prima quedam imbuendi erudimenta edidere: ut Bryon aut pleniores tractatus quos Topicos a denotatione locorum inscripserunt: uerum enumerare omnes qui aliquid de re militari scriptum reliquerunt longum & supuacuum est omnium tamen opera legi: & quid de iis iudicem dicam: omnes fere ita mihi unanimiter scripsisse quasi docere homines uellent non ignaros sed satis earum rerum peritos quas explicare statuerent: quod igitur nobis incommodum cum primam rei huiusmodi disciplinam affectaremus occurrebat: ut neque preceptores nostre etatis idoneos haberemus neque satisfacere posse ueterum illa precepta putaremus: id pro uiribus enitemur ne aliis eueniat: committamus: quam ob rem quotiens minus sententiam nostram uerbis satis exprimere possumus adiumento utemur figurarum descriptionis ut ipse conspectus usu intelligentie subueniat. Nusquam tamen antiquorum auctorum uocabulis uti omittam: ut qui primus his nostris erudimentis imbuatur: nihil postea peregrinum sibi sonare arbitretur: cum illorum opera audit: Credo autem neminem fore qui nostra hac uia & ratione institutus non facile ueterum quoque omnia possit opera intelligere. Utilem omnium maxime disciplinam hanc esse intelligi ex iis licet que Plato presertim in eo opere quod edidit de legibus disserit: cretensium enim legum latorem ita leges condidisse affirmat tanquam homines semper parati essent ad bellum: atque in procinctu dimicandi consisterent: omnibus namque inter se urbibus bellum geri quod non aliquo precone aut feciali sed ab ipsa rerum natura indiceret: quod cum

Alexander

Clearchus

Paulanias

Euangelus

Polybius

Scipio

Eupolemus

Iphicrates

Posidonius

Bryon

Plato



ita sit. Quæ nam alia esse potest disciplina uel potior uel humane uitæ comodior q̄ hæc rei militaris. In initium uero sumendum ab iis censeo quæ absolute ad bellum atq; perfecte apparatur / quæz duplices esse copias nouimus Aut terrestres. n. aut nauales. Terrestres quæ terra preli- entur. Naualis quæ mare aut fluuiis classe decertent. Sed de instructione naualis ordinis alias. Nunc quæ ad ter- restrem p̄tinent expeditionem exponemus. Hominum igitur quos ad bellum colligimus numerus ita constat ut partim bellatores sint : partim imbelles. Tantum ad usus necessarios bellatoz et ministeria accommodati. Bellatores ii sunt qui ad decertandum instruuntur armisq; aduersarium inuadunt. Imbelles reliqui omnes habentur ut medici: ut tabernarii: ut serui: & ceteri qui exerci- tum ministerii causa sequantur. Bellatoz alii pedites alii uectores. Pedites qui pedibus in terra emittuntur. Vecto- res qui aliquo ferantur uehiculo: quorum duplex est ge- nus. Nam alii equis: alii elephantis uebuntur: quin eti- am qui equo utuntur seborum in duas partes disting- uuntur: quippe qui aut in curribus constant aut equis ip- sis insideant hæc sunt uniuersi generis differentie. Mem- brum pedestre atq; equestre multiplex est: quod uero in elephantis & curribus uersari proposui nulla euariat differentia. Pedestris itaq; ordo in partes digeritur tres. Armatoz. Velites. Peltatos. Armatoz grauissimis inter pe- dites armis uti consueuerunt more Macedonum: & ob eam rem Grauis armature dicuntur ac nomen illud Ar- mati speciale accipiunt. Nam scutum amplius & rotun- dum gerunt: & hastam longiorem. Velites leuissime om- nium armantur / quo Circa uel Expeditos nuncupari eosdem licuit: non lorica induunt: non ocrea muniun- tur: non clypeum aut scutum graue gerere soliti sunt: sed telis tantum utuntur aut sagictis: iaculis: lapide aut ex fun-

da: aut ex manu: quo in genere Argili etiam telum po- nendum est. Peltatis similis macedonicæ illi armatura in usu est sed leuior. Nam & pelta scutum paruum leueq; est: & conti eoz longe sarissis sunt breuiorez: deniq; ge- nus id armature locum inter uelites & armatos tenere apertum est. uidelicet grauius q̄ uelites: leuius q̄ armati: quam ob rem sunt coplures qui eos cum uelitibus iun- gant & utrosq; uocari uelint Leuem armaturam. Eques- tres copie quæ a quadrigis se iungi & per turmas loca- ri debent. Modo armandi inter se distant. Pars enim ar- mis tota obsepta est: & hinc cataphracti nomen sortita est. Pars nō tota armis integitur. Cataphractus igitur in- telligi eos uolo: qui nō solus sua corpora sed etia equos lo- rica undiq; muniunt. Parris aut non cataphracte alii ha- stati habentur alii ferentarii. Hastati qui manus conle- runt & cominus hasta decertant / quorum alii scutum gerunt: & inde scutati dicuntur. Alii sine scuto hasta im- pugnant qui nomine speciali Hastati uocantur. & Con- tati ferentarii equites ii dicuntur qui eminus solent di- micare quorum alii iaculis alii arcu utuntur. Iaculantur quos Tarentinos uocamus. Arcu utuntur qui Equites sa- gictarii & a non nullis Scythæ etiam uocantur. Tarenti- noz duo sunt genera: Nam alii longius iaculantur et ob eam rem Equites iaculatores dicunt: & Tarentini speciali uocabulo. Alii cū semel aut bis iaculū miserint / quo le- uiori utuntur: manus de cetero cū aduersario conferunt & cominus pugnare incipiunt: non secus q̄ quos hasta- tos appellari rettulimus. Leues hos nōiari solitū est. Er- go Tarentinoz alii Tarentini noie suo uocantur qui de longe iaculari consueuerunt. Alii Leues qui pugnam co- minus subeunt. Expediti genera copiaz numero. viii: ar- matos: Peltatos: Velites: Eqtes hastatos: Eqtes iaculatores: Eqtes sagictarios: Eqtes catafractus: Currus: Elephantos

Bellatores
Imbelles

Pedites
Vectores

Pedestris or-
dinis partes
tres
Armatoz
Velites
Peltati

Grauis armatura

Argili
Pelta
Conti
Saxilla
Leuis ar-
matur
Cataphr-
Eti qd
Hastati
ferentari
Scutab
Contati
ferentari
Tarenti
Sagictari
Eqtes
Scythæ
Leues

collegia
refectura
ordines

Sed cum phalanx quæq; collegia prefecturas. ordines
numerumq; idoneum contineat atq; etiam uerba forti
atur quæ tum ad præcepta quotidiani exercitii tum ad
prelium ipsum accominodentur de his singulis doceamus
necesse est. Primum igitur in hac disciplina & præ
cipuum est ut ex multitudine hominum quam fuscam
inordinatamq; acceperimus idoneos eligamus: & lo
cis conuenientibus instruamus: hoc est decuriemus: &
condecuriemus atq; ut numerum statuamus copiarum
qui modice commodeq; ad belli rationem & usum sup
peditet quippe cum & in itinere & in castris & in præli
is ipsis instructum haberi exercitum sit per quætile. Iam
sepius magnas copias inordinatas a paucis ordinatis mi
litibus profligatas legimus. Quam ob rem Aeneas ita
genus id discipline definit ut scientia sit bellice motis.
Polybius uero scientiam esse inquit qua homines mili
tari ordini admittantur. decurientur condecurientur de
niq; aptentur & erudiantur ad belli usum & rationem.
Decuriare igitur est decurias instituere. Est autem decu
ria numerus hominum qui a duce uno pone simplici
tubinde deductus serie cesset uel in octauum uel in duo
decimum uel in decimum sextum. Numerus enim de
curie uarie ad hunc modum a diuersis auctoribus datur
uerum in re nobis proposita sexdecim describatur cum
hic numerus tum ad phalangis longitudinem modice ha
beat: Tum si usus aliquando exigat altitudinem uel du
plicari. in. xxxii. & augeatur uel dimidiari ut in. viii. di
minuatur nihil post positus expeditis militibus esse pos
sit impedimento. Nam siue iaculentur siue funda aut ar
cu utatur facile suo iactu altitudinem phalangis exupe
rent. Optimus cuiusq; decurie præponi & ductor ceterorum
omnium esse debet qui & decurio & decanus & dux &
primus & præstes nuncupatur. Ultimum decurie tergidu

decuriemus
condecuriemus

Aeneas

Polybius

decuriare qd

decuria qd

decurio
decanus
dux
primus
præstes

Idem

ctorem uocamus. Totam uero ipsam decuriam ordinem.
uersum & decaniam nonnulli etiam enomotiam quasi aucto
rationem a sacramento militari appellat. Sed sunt qui eno
motiam quartam esse decurie partem asserat. Prefectumq;
enomotarcham præponat. Duas item enomotias dime
riam quasi bipartiam uocat: & principem Dimeriam
ita ut semidecuriam dimeriam quoq; liceat uocari & se
midecurionem. Diomeriam qui secundus decurie est:
nam qui proxime decurionem postponitur substes dici
tur. qui uero hunc sequitur præstes. Item substes qui pro
ximus ab hoc præstite est: ac deinceps in hunc modum præ
stes substesq; locat: ut ordo totus ex præstitibus & substi
tibus positus alternatim conficiat. Vnde merito decuria
ita quoq; diffinit ut uersus sit ex primis secundisq; pro
uirtute institutis atq; uni decurioni obtempantibus. Con
decuriare est primæ decurie secundam ita apponere ut la
teri primi uersus decurionis decurio secundam uersus re
spondeat: & lateri substitis primi decurionis substes pri
mus secundæ decurie ac deinceps ad hunc modum. Astes
uero is dicitur qui ita appositus uiget uerbi gratia decurio
nis primæ decurie astes. decurio secundæ decurie est. et
substitis primæ substes secundæ: itaq; deinceps quoties
igitur post secundam decuriam tertia & quarta & reliquæ de
inceps adiciuntur. Talis constructio condecuriatio di
citur totaq; coamentatio phalanx siue legio. Cuius lon
gitudino prima decurionum ordinatio est quæ & frons &
facies & acies & iugum et os & duces et præstes et pri
mi decuriarum uocari solita est. Quantum uero phalan
gis pone frontem ad tergi usq; ductores porrigitur id al
titudino nominatur. Stare per directum in longum astites
iugare dicitur. Stare per directum in latum præstes sub
stitelq; uersare uocabulum accipit. Phalanx leborum in
primas summalsq; partes duas a fronte per totam sui altitudi

Tergiductus
Decuria
Ordo
uersus
Decaniam
Enomotia
Enomota
Dimeria
Dimeria
Diomeria
Substes
Præstes
Decurie d
finitio
Condecur
are
Astes
Condecur
Phalanx
Legio

Primi decurionum frons
Altitudino facies
Astites iugare Acies
Præstes substitesq; uersare iugum
Os
Duces

cornu dextrū
 caput
 cornu leuū
 pes
 is
 umbilicus

Numerus copi
 arū nullus cer
 tus est

Phalangē quot
 militū

Decuria 16. ho
 minū

Decuria in
 ordines digeruntur

Dilochia
 Dilochita

dinem secatur quaz altera cornu dextrū & caput uoca
 tur. Altera cornu leuum & pes dicitur qua autem longi
 tudo ita secatur oris & umbilici nomine utimur.

Ost arimatorum phalangem pone leuis loca
 tur armatura. Eqtes uero ab hac loco tertio sta
 tuuntur: fieri tamen potest ut usus uel secus di
 sponi interdum exigat quod in progressu operis expli
 cabimus. Nunc quantus armatorum atq; equitum nu
 merus esse debeat & quemadmodum singulos oportet
 at ordinari & ordines magna cum celeritate trāstforma
 ri necessitate incūbente cōueniat: & que nam disciplina
 mouendi de singulis ordinib; bēatur/exponemus. Nu
 merum statuere certum copiarum nulla probabili rōe
 possumus. Prout. n. rem suam quisq; plus minusue appa
 ratus desiderare intelligit ita modum describet. Scien
 dum tñ eos pumeros deligi oportere q ad ordinū tranf
 formatōem possint occurrere habiliores. Hoc est quoti
 ens phalangis longitudinē auget altitudinē diminuere:
 aut ecōtrario agere uoluerimus: quā ob rem genus nu
 meri illud pbam; qd subinde in ptes equas usq; in uni
 tatez possit diuidi: unde auctores q de aciez instructiōe
 scripsere: magna ex pte phalangem grauis armaturę nu
 mero. xvi. milia. ccclxxxiiii. institui censent oportere.
 Leuis armaturę sub duplo eius numeri. Itēq; huius sub
 duplo equitū phalangem describunt. Nam. xvi. milia.
 ccclxxxiiii. numerus dimidiari subinde usq; in unitatē
 pōt. Formę igitur descriptōisq; grā hunc ponimus nu
 merum. Vnde fit ut qm decuria. xvi. hominibus cōsta
 re proposuerimus. M. xxiiii. decurias cōfici necesse sit.
Decurie in ordines digerunt quibus singulis uel nomē
 proprium inditū est/duę namq; decurie dilochiā uelut
 duplarem quandā decuriam: siue armaturā constituunt
 hōim. xxxii. cuius ordinis princeps dilochita: dupla/

ris qdam decurio nūcupatur. Quatuor decurie tetrar
 chian: qdruplarem dixerim decuriam faciunt hōim.
 lxxiii. cui preest tetrarcha quadruplaris decurio. Duę
 quadruplares ille: centuriā constituunt hōim. cxxviii.
 decuriar. viii. cuius pfectus centurio & a nō nullis or
 dinarius dicitur/duę centurie manipulū reddunt decuria
 rum. xvi. hōim. cclvi. cui manipularius preest sunt qui
 genus hoc ordinis. cclvi. Xenagiam a mercenario mi
 lite uocent eiusq; principem xenagum. In hisce singulis
 cclvi. hōim manipulis hōies supordinariū. v. habentur
 Signifer: Tubicen: Minister: Præco: Tergidux. Quadra
 hre hunc ordinem formam certum est: longitudine ad
 xvi. altitudineq; ad totidem. Duo manipuli pentacosia
 archiam cohortem quingentariam componunt hōim
 d. xii. centuriarū. xxxii. cuius princeps pentacosiar
 chian. i. cohortem miliariam faciunt hōim. M. xxiiii.
 centuriarū. lxxiii. cuius pfectus menarcha. Tribunus
 maior. Duę millenarie meros hoc est ptem cōstituunt
 hōim. ii. milia. xlvi. cuius pfectum merarchā aper
 te quasi partarium dicimus decuriarum. cxxviii. genus
 hoc ordinis non nulli Telos nuncupauerūt: pfectūq;
 eius telarcham. Duę partes phalangarchiā phalangem
 simplarem consumant hominum. iiii. milia. xvi. decu
 riarum. cclvi. cuius pfectus phalangarcha princeps
 phalangis simplaris dicitur. non nulli strategiam id est
 pfecturā hunc ordinem uocant: & strategum id est pfect
 torem eius principem nominant. Duę simplares pha
 langes duplarem phalangem reddunt hominum. viii.
 milia. c. xcii. decuriar. d. xii. Sunt q ordinez hūc meros
 i. ptem appellari uelint q modo cornu et alā diximus
 nōiari. Duę duplares phalāges qdruplarē phalāgē co
 augmētāt decuriar. M. xxiiii. hōiz. xvi. M. ccclxxxiiii.


Tetrarchia
 Tetrarcha
 Centuria
 Centurio
 Ordinar
 Manipul
 Manipulo
 Xenagia
 Xenagu
 Supordi
 rii
 Signifer
 Tubice
 Ministe
 Præco
 Tergidu
 Pentacosia
 chia
 Pentacosiar
 chian
 Meros
 Merarcha
 Telos
 Tela rha
 Phalangarch

Strategia
 Strategus. i. pra
 tor
 Meros

Meros
 Merarcha
 Telos
 Tela rha
 Phalangarch

egio
phalangis tota

Sunt itaque in tota phalange siue legione cornua duo phalanges simplares quatuor: partes octo / cohortes miliarie xvi. quingentarie xxxii. manipuli lxxiii. Centurie cxxviii. Centurie quadruplares cclvi. Decurie duplares d. xii. Decurie M. xxiiii. Optimus quisque prefectorum phalangum simplarium in prima simplari: hoc est in dextro cornu statuitur. secundus uirtute in secunda hoc est in leuo cornu locatur. Tertius cum secunda in leuam ponitur mediam uersus secturam. Quartus cum prima in dextram hic etiam mediam uersus secturam quod cum prima & quarta prefectos habeant. Primum uirtute & quartum: secunda autem & tertia secundum uirtutem et tertium pares utique uirtute suorum principum constant. Nam si in quatuor magnitudinibus insunt proportiones equales: quod a prima & quarta proueniat magnitudine id esse equale quod fit a secunda & tertia apertum in disciplinis mathematicis est.



Prima igitur & quarta secundam & tertiam equiperant Partium quoque profecti ita ordinantur ut primus uirtute in leuo primae phalangis simplaris statuatur. Secundus in dextro secundae. Tertius in leua tertiae.


Quartus in dextro quartae in singulis etiam decuriis quadruplaribus decuriones ita locantur ut primae decuriae princeps uirtute excellat. Quartae hinc uirtutis locum obtineat. Tertiae tertium. Secundae quartum. Ita enim uirtute pares intra se constant cum prima primum et quartum uirtute habeat. Secunda autem secundum uirtute & tertium. Item cum in singulis manipulis quatuor decimae duplares contineantur. Hac eadem ratione uel in his ipsis principes ordinemus: ut primae quadruplaris Praefectus in leuo ponatur & uirtute ceteris sit praestantior. Quartae leuam teneat cornu & uirtute secundus habeatur. Tertiae in dextro constituatur & uirtute sit tertius. Secundae in leuo locetur quartus uirtutis ratione hanc eandem proportionem siue comparationem uel in maioribus praefecturis seruabimus.

Nibil deest.
Sequitur figura.

Nota de interuallis quibus armati inter se distēt
 tum in longum tum in altum agemus. Differentia
 triplex est interualli. Nam homo ordinatus
 cubita quatuor occupat. Densatus duo: Constipatus unū
Densatio igitur est cū ex laxioribus arctiora reddimus
 interualla atq; ita per altitem subltitemq; corpus pba/
 langis colligimus: & militem uniuersum facimus. tum
 in longum tum in latum adductiorem. Verum ita ut re/
 cipere possit inmutacionem. Constipatio est quotiens
 pbalanx per altitem ac subltitem arctius se se colligit
 quam modo descripsi retulimus / adeo ut frequentiam
 militis nulla ul' dextrorsus uel sinistrorsus possit fieri de/
 clinatio. Densatur cum pbalangem duci in hostes pla/
 cet imperatori. Constipatur cum hosti agredienti resi/
 stendū in robore est. Cū itaq; frōtem pbalangis decuri/
 ones. M. xxiiii. compleant ii certe ordinati cubita .iiii.
 milia. xcvi. longitudinis occupabunt. hoc est stadia .x.
 & cubita. xcvi. Densati stadia quinq;. Cubita. xlviii. Cō/
 stipati stadia occupabunt. ii. & lemis. & cubita. xxiiii.
 Armabitur pbalanx scuto & hasta. Scutum optimum
 quod macedonicū eneu mediocriter Cauum ad octo
 dodrantum magnitudinem. Hasta nulla cubitis octo
 breuior. longissima que eatenus sumi potest. quatenus
 tenere miles & uti facile ualeat. Decuriones utpote du/
 ce decuriarum pbalangis optimos esse omnino conue/
 nit. ita & ut statura & uiribus corporis prestantiores ce/
 teris sint: & rei militaris peritiores. Hoc enim iugum
 pbalangem continet uniuersam: & in usu precipuum
 est. Ven' gladius pōdere sui ferri posterioris et mole aci/
 em efficaciorē prestat. Idē in phalege existimandū esse
 ut pro acie ac oris cuiusdā robore ipse sit ordo decurio/
 nū. Pōdus aut et molē et magnitudinis additamentū af/
 ferat cōstituta in tergo militū multitudo. Curandū quo

Homo
 Ordinat
 Densatus
 Constipa
 Densatio
 Constipa

Phalanx ar
 matur scul
 & hasta
 Macedonica
 scutū optm
 Hasta long



ad fieri potest ut etiam iugum secundum militem constet idoneo. Nam eius quoque ordinis ista in frontem prominet & adiuncta priori utilis ex propinquo est & uel desiderato uel sauciato decurione secundus se in parte priore constituens ordinis incolumitatem seruabit. Tertium item iugum & Quartum & reliqua deinceps pro uirtute instituemus ut quod deterior sit is subiade posterior collocetur. Macedonica phalanx expugnabilis & intoleranda hostibus habita est genere suo instructiois & ordinis. Miles enim armatus uel in duobus cubitis stat quotiens densari imminens prelium postulat. Sarisse longitudo ad cubita. xiiii. quorum duo manus auferunt reliqua. xii. prominent. Itaque fit ut secundi suas sarissas superarmatos iugi prioris prominentes ad decem cubita habeant tertii ad octo. quarti ad sex. quinti ad quatuor. sexti ad duo. Ab his nulla item sarissa primam superat iugum. Quod tum per singulos iugi primi sarisse quinque aut sex promineant species formidolosa existat consentaneum est. Miles item firmus ac robustus constat quinque sexque sarissis obiectus: & tot tantisque fultus innixusque facultatibus comilitonum. Quin etiam qui post sextum positi sint iugum & si minus sarissis agunt. Tamen pondere sui corporis prominentes augent uires totius phalangis & facultatem nec fugiendi ullam ducibus & prestibus relinquunt occasionem. non nulli hastam posterioris militis longiore quam prioris sumi iccirco uoluerunt ut etiam qui in tertio & quarto iugo locati essent: spiculis suis pari fronte hostem possent excipere. Tergidux superordinarius singulorum ordinum prudens peritusque esse debet: qui prouideat & procuret / quemadmodum milites ordinis totius uersent inter se se atque iugent: & recedentes uel metu uel aliqua alia causa prohibeat: & restitui cogat in ordinem atque etiam cum constipandum

Macedonica
phalanx
Sarisse longitudo

8
sit compellat militem cogatque si usus exigat in arctum quam maxime adduci. Ita enim fit ut uires & robur phalangis accipiat. Quas ob res non modo in fronte uerum etiam in tergo legionis principem et ducem aliquem statui necessarium ducimus. Hec de curatione armatorum phalangis dixisse sufficiat. Nunc de uelite. Instruet imperator suum uelitem pro paratu ex consilio hostium: modo in fronte: modo in dextra: modo in leua: non nunquam etiam in tergo: uidelicet quemadmodum res ususque exigat. Nos exempli gratia sic instruimus:

Ecurias quoque in ordine uelitem statuemus. **M d** xxiiii. uidelicet totidem quot phalanx continet armatorum: ut sub prima armatorum decuria prima uelitem ordinetur: & sub secundam secunda & deinceps sub singulis singule constituentur. non tamen ex. xvi. hominibus has instituemus sed ex. viii. ita aut M. xxiiii. decurie compleant hominum. viii. milia. cxcii. Nomina eorum & ordines ita accipe. Quatuor decurias uelitem sistasm id est constitutionem uocamus hominum. xxxii. Duas constitutiones penthecontarchia semi-centuriam dixerim hominum. lxiiii. Duas semi-centurias centuriam hominum. cxxviii. Inesse singulis centuriis debent subordinari. quinque: Signifer: Tergidux: Tubicen: Minister: Preco. Duas centurias psilagam aducentis uelitis quasi uelitariam uel expeditariam nominamus hominum. cclxvi. Duas uelitarias xenagam a mercenario milite uelut mercenariam dicimus hominum. d. xii. Duas mercenarias sistema tanquam constitutoriam appellamus hominum. Mxxiiii. Duas constitutorias epixenagam cui ad mercenariam hominum ii. milia. xlvi. Duas ad mercenarias stiphas hominum iiii. milia. xcvi. Due stiphae epitagma uelut additam legionem decuriarum. M. xxiiii. hominum: viii. milia. cxcii.

Systas
Pentecot
chria
Psilagia
Xenagi
System
Epixen
gia
Admer
naria
Stiphae
Epitagma

Systematar
hæ

in his quoq; superordinarios .viii. in esse solitū est : quo/
rū .iiii. Epixenagi hoc est duces siue principes Admerce
narie illius habentur reliqui Sistematar arche preficiunt
principes seu prefecti eius quam constitutoriam inter
pretamur faculatores sagictarii & omnes qui aliquo teli
genere utantur utiles ad eā rem esse constat ut preliū ex
ordiatur: hostem prouocent: feriant: saucient eminus &
prolternant. Fundant aciem: repellant equitem: cogant
aduerlarium procurstantem loco cedere: explorent: per
lustrent que loca suspecta: locēt insidias: hi deniq; & pri
imum certamen subeunt & una cum ceteris pugnant: &
q̄q; ceteri desierunt ipsi perseverant in dimicatione. om
nino genus hoc militum cum operam præstet celerio
rem agatq; eminus multa efficere potest & præclara.

De Acie Equestrī.

Quitū acies auctores superiores aut q̄dratas/aut par
te altera longiores aut Rhombi cuneiue gerentes
spēm tradidit. Sed nemo tuā fere satis exp̄ssit sententiā.
Quam ob rem nos descriptione etiam figurarum for/
mas explicabimus: acierum ipsas: quo possint facilius
percipi. Aciebus ad Rhombi similitudinem formatis
thessalos primos usos comperimus qui plurimū equi/
tatu ualuerunt. Iasone ut ferunt auctore generis huius
aciei utpote ad omnis usus accommodatioris. equites
enim constituti in hac forma uertere se se in quemuis
prospectum possunt: minimeq; uel a tergo uel a latere
capiuntur. Quippe tum præstantiores Rhombi latera
teneant & principes angulos regant: Stat enim in prio
re angulo turme ipsius Prefectus: in dextro autem & si/
nistro qui custodes uocantur lateris statuuntur: In reliquo
uero angulo Ducem: seu ductorem tergi locari solitum
est.

rhombus
uney

thessalorum
equitatus

Iason

Rhombus.



Vneatis scythe utuntur & thraces: Quin etiam
macedones usi sunt suadente rege Philyppe. Ef
ficatius enim genus id arbitratum est q̄ quadra
tum: ob eam scilicet rem qui suos principes circumpo
sitos habeant: & fronte exigua cōstet & equitadi usum
per quodlibet interuallum falcalem prebeat regressum
& progressum celeriore. Quippe q̄ minus difficiles
illos circuitus habeat quos quadrate acies sortiuntur.

Philyppe

Phalanx

Cuneata.




Cuneata

seruare multis in rebus prestantius. Nam & instructio quoniam peruersus ac iuga ordinetur: occurrit facilior & principes in hoc uno formandi genere hostem uniuersi aggrediuntur. Optime inter quadratas habentur que duplici in longum quam in altum numero constant. Exempli gratia. viii. in longum: quatuor in altum. aut. x. in longum. v. in altum. que numero parte altera longiores consistunt: figura autem seu forma quadre instituuntur. Et enim longitudo equi a capite ad cauda respectu sue latitudinis plures eas habere debet qui per iuga ordinentur quam eos qui in uersus se porrigant. Non nulli triplicem esse longitudinis numerum ad altitudinis probant: scilicet ita arbitantes fore ut quadra forma efficiatur. Triplicem enim prope modum longitudinem habere ad suorum armorum latitudinem uidemus. Quia propter cum nouem in fronte statuunt tres in latum componunt. Haud enim fieri potest ut equitum multitudo posteriorum eandem prestat utilitatem quam in pedestribus copiis ubi scilicet pone renitentes primorem continent altitudinem. Equitum namque omnium numerus corpus pondusque unum consistit. Itaque fit ut si posteriores prioribus iuncti renitentur nihil suo impulsu proficiant. Immo una cum aliis labantur & perturbatis ordinibus grauius suo errore quam uirtute hostium uersentur necesse sit. Quam ob rem ita euenit ut quotiens equestris longitudinis numerus eque & altitudinis constet numerus ipse quadratus sit. Forma autem altitudinis parte altera longior. Ast quotiens turme forma quadrata est e contrario euenit ut equitum numerus parte altera longior existat.

Phalanx Quadrata.



10
 Homini formam omnium maxime necessariam uenisse in usum creditur: eo quod pre ceteris omnibus constituto prefecto turme eqtes qui in lateribus ordinantur non ex equo suo illi Prefecto iugent sed ita subiiciantur ut eorum capita iuxta arcos equi prefecti apponant. Interuallisque inter sese iustis eqtes tum dextri tum leui tum etiam posteriores discernantur: ne frequentia turbet ordinem cum equi immittiores in proximos sibi equos conuersi calcitent & militibus uulnera infligant. Auctores autem huius generis aut ita disponunt ut equites & uersent & iugent: aut ita ut uersent equidem sed non iugent: aut ita ut iugent sed non uersent. Que singula quemadmodum se habeant dicam. Qui Rhombos simul & uersare & iugare uoluerunt medium & maximam iugum turme numero impari statuunt: ut. xi. aut. xiii. aut. xv. cui ex parte utraq; priore inquam posterioreque adiungunt binario primis illis pauciores: uerbi gratia si maximam illud iugum equitibus constet. xv. addita iuga utrinque denis aut ternis componunt & que item posthec utrinque adiungunt denis singulisque conficiunt: atque ita binario subinde pauciores adiciunt dum singuli relinquunt totaque turma equitibus consumet. cxiii.



cuneus
ostrū


Hombum dimidiatum & iam transformatur
in triquetrum: Cuneum seu rostrum uocamus
Quapropter cunei quoque forma perinde expli-
cata iam est quod aciei genus cum suum medium exi-
ens in acutum & motum facile quorsum uelit sortiatur
expedite admodum uel molem posteriorem sua cum
fronte circumagat & celeriter potest immutari.



Lii ita instruxere ut equites qui rhombum con-
ficerent neque uersarent neque iugarent. Ita enim &
conuersiones & transitiones equitum posse faci-
lius fieri existimarunt cum non ante non pone non a la-
tere quicquam impediret. Statuunt primum prefectum turmae
mox ad eius utrumque latus adiungunt singulos loco sub-
missiore: ut quod dictum iam est capita iunctorum equo-
rum iuxta armos prepositi equi ordinentur. Et primus
ordo qui duo latera rhombi contineat numero impari
xi. equitibus constet prefecto medio constituto. Quinis
autem in utraque partem suppositis. Deinde iugi princi-
pem post turmae totius prefectum collocant. Tum in eius
partem utraque simili ratione quaternos subiiciunt ut
totus secundi ordinis numerus nouenarius sit binario
minor priore & quasi duo eque distantia latera duobus
illis rhombi lateribus primis constituentur. Mox tertium
septenario describunt: atque ita subinde binario diminu-
entes in unum usque deueniunt. Et haec turma equitibus
constat. xxxvi. Hoc genere Polybius utitur: sed

Polybius

numero hominum. lxxiii. & forma littere deorium in
uersa: A




Vnt quae ex uersantibus quidem sed non prete-
rea ex iugantibus constent quae ad hunc modum
constituuntur. Versu aliquot equitibus institu-
to quorum primus prefectus sit turmae. Ultimus autem
tergiductor in eius latus utrumque uersus alios numero ho-
minum unitate minores disponens: qua eques per inter-
lecta interualla distat ab equite. Quod si in primo decem
sint equites uterque appositus nouenis constabit et tertium oc-
tenis: atque ita numerus subinde decrescet: dum in unum
deueniat: sic enim fieri potest ut equites inter se uersent
quidem sed non iugent. Vtile genus quoque id disponen-
di est ad declinationes quas agi in utrumlibet latus soli-
tum est.



T si turma ex iugantibus quidem sed non ex uersantibus consistere debeat in hunc modum dispones medium & maximum iugum numero constitues impari. Cetera autem subinde per media interualla adiunges quemadmodum in superiore turma proposui atque ita efficietur ut turma ex iugantibus tantum consistat.

Turma ex iugantibus.



Vrimas uario modo ut etiam leuem armaturam statuimus aut enim ante phalangem aut in latere aut post leuem armaturam: sed nos describendi exempli gratia post leuem locauimus. Et prima equitibus constet. lxxiii. cuius primum iugum equites compleant. xv. secundum. xiiii. tertium. xi. & reliqua subinde binario usque in unum decrescant. Signum is feret qui in secundo iugo a leua principi iugi astat. Omnes turme numero. lxxiiii. statuatur equites. iiii. milia. xcvi. **D**ue turme Epilarchiam hoc est turmam duplarem constituunt equitum. cxxviii. **D**ue duplares Tarentinam reddunt equitum. cc. lvi. **D**ue Tarentine magisterium equitum d. xii. **D**uo magisteria Ephipparchiam duplare magisterium equitum. M. xxiiii. **D**uplicatum duplare magisterium telos equitum. ii. milia. xlviii. **D**uplicatum telos Epitagma id est summam ordinis siue agminis facit equitum. iiii. milia. xcvi. **E**xplicate iam sunt uarie sententie ueterum quemadmodum turme instruuntur: sed quonia in his magnam differentiam esse constat non sine delictu uti debemus: sed quotidianis exercitiis sepius experiri genera instruendi singula. Itaque secure in preliis quod facilius comodiusque probetur admittere officium est. **Q**uid enim stultius quam cum minimis de rebus homines diligenter ingrant: ambigant: perscrutentur de his tam amplis tamen necessariis non ante periculum facere accuratissime uelint quam certamina subeant. **Q**uod tamen genus turme probaueris id licet & augere numero hominum & minuere.

E curruum & elephantorum institutione quam usus eorum rarus est: tamen doctrine gratia plenioris exponam nomina quibus auctores superiores usos comperio. **D**uos currus zigarchiam id est parilem uocant. **D**uas pariles coniugationem. **D**uas coniugationes episzigarchiam. **D**uplarem coniugationem duas

¹²
Turmarum
rius modum

Epilarchia
Duplax
turma
Tarentina
Magisterium equitum
Ephipparchia
Telos
Epitagma


Zigarchia
Coniugationem
Episzigarchia

armatarchia
 cornu
 phalanx
 currus aut
 expediti aut
 falcati
 Zoarchus
 Therarchus
 Epitherarchus
 Ilarcha
 Elephantarchus
 Ceratarcha
 Phalanx ele
 phantorum
 Declinatio

duplares barmatarchiam curulem. Duplicatā curulem cornu. Duplicatum cornu: phalagem. Pluribus uti phalangibus curuum licet uocabulis iisdem que modo ex polui. Curribus aut ipsi aut ex peditis aut falcatis uos comperimus in ordine elephantorum qui uni preest elephato. Zoarchus ab animalis prefectura uocatus est qui duobus imperat. Therarchus a fera quasi ferarius & constitutio talis therarchia feraria. Qui quatuor dominatur epitherarchus duplaris ferario: & hec constitutio epitherarchia: duplaris feraria. Qui octo prefectus est ilarcha hoc est turme princeps: & constitutio ista ilarchia turme prefectura. Qui sexdecim preest elephatarcha id est elephantorum prefectus: & constitutio elephatarchia prefectura elephantorum qui triginta duobus imperat ceratarcha. i. cornu prefectus & constitutio ceratarchia cornu prefectura. Quod autem ex lxxiii. constat id phalangem uocamus elephantorum cuius prefectus Elephatarcha uocatus est.

Enera perfectarum copiarum & nomina constitutionum & ordinum exercitus omnia in hunc modum notata animaduertimus. Vocabula de cetero que in preceptis uersantur explicasse utile est: ut iam pridem milites quid quodque significet certiores facile que per aciem imperantur intelligere possint & facere. Est quod declinatio appelletur cuius duplex est genus aut enim in hastam aut in scutum. Immutationem item dicimus & conuersionem & reuersionem & inflexionem. Ad hec uersare iugare reddere in arrectum/ euoluerere duplicare. Adde inductionem dextram deductionem. leuam deductionem. Phalangem trasuersam/ phalangem arrectam. phalangem obliquam. Inter/ calationem: prepositionem: impositionem: suppositionem: postpositionem: appositionem. Quid quod eorum

significet breuiter exponam. Nec ignoro non apud omnes auctores precepta eisdem esse nominibus tradita. Declinatio est motio militum singulorum / cum uel in hastam: hoc est dextrorsum sese conuertunt: uel in scutum: hoc est sinistrorsum. Quod comode agitur quotiens hostes existunt a latere cornu utique superandi aut aduersi itineris gratia: aut ob aliquem usum alium quemadmodum singulis in rebus ostendam. Duplicata autem declinatio partem uersus eandem ora militis in hostilem a tergo conatum transfert. Que res immutatio dicitur & uel in hastam uel in scutum fieri solita est.




Is crimen duplex notatur immutationis: Aut n. ab hostibus aut in hostes immutantur. Quam ob rem immutationem ita definiunt ut prioris aspectus translatio sit in aspectum posteriorem: hoc est tergi aut e contrario. Immutatio igitur ab hoste bis in hastam milite declinante efficitur. In hostem autem bis declinante in scutum fieri assolet. Conuersio est cōdenfatis copiis per astitem substitentemque totum phalangis corpus tanquam hominem unum uel in hastam uertimus uel in scutum. Ita ut circa primum decurionem uelut centrum omnes circumagantur atque in locum priorum immutant ita aspectum dextrum accipiant singulis substitibus & astitibus loca seruantibus suo hoc modo.

Declinatio


Immutatio

Conuersio


Discrimen.



Euersio est conuersionis restitutio in eundem locum quem ante copie densa instructione optinebant q̄ conuersio fieret. **Inflexio** est militū ex duabus conuersionibus motio ita ut locum accipiant posteriorem.



Deflexio est militum ex tribus conuersionibus motio ita ut si ad hastam agantur trāseant in leuum aspectum: si ad scutum in dextrum.



Erfare est singulos sua indecuria e directo decurioni & tergiductori cōstare equa inter se se cōseruantes interualla. **Iugare** est singulos sua indecuria e directo suo astiti stare seruantes simili modo interualla. Iugant ergo p̄fecto primę decurię omnes decuriarum p̄fecti. Astiti uero primi p̄fecti, altitis ceterorum omnium principum ac deinceps ad hunc modum. **Reddere** in arrectum est militis ora ad primum aspectuz restitueret: Verbi gratia si miles aduersus hostes constitutus imperetur declinare in hastam. Deinde p̄cipiatur in arrectum restitui rursus in hostem conuerti aduersumq; stare oportebit. **Euolutionū** duo sunt genera alterū per decurias alterū per iuga. Vtrūq; in tres digeritur species. **Macedonicam**: **Laconicam**: **Chorem**: que & **Persica**: & **Cretensis** nominatur. **Macedonica** est que primorem p̄balangis locum cōmutat & frontem in tergum aspectumq; posteriorem tradunt. **Laconica** est que locum p̄balangis posteriorem cōmutat & pari ratione relicto primore aspectu sumit po

*Verse
Iugare*

Reddere

*Euolution
duo gene*



steriorem tergūq; efficit frontem. Persica illa quam & Cretensem & Choreum diximus nūcupari locum eundem seruat phalangis militibus singulis commutanti/ bus sua loca ita ut prefectus decurię locum tergiducto/ ris accipiat & tergiductori uicem prestat decurionis fronsq; ex tergo aspectu posteriori reddatur. Euolutio/ nes per iuga fieri solent quotiens cornua transferri ad intercila siue secturas: & intercila ad cornua melius est ut medię copiarum partes corroborentur: & aut dextre per leuas: aut leue per dextras reddatur ualidiores. Quine per maiores exercitus partes faciant euolutiones ca/ uent hoste propinquo. Per minores ordines eas securi/ us faciunt. Quemadmodum autem euolui oporteat/ dicam. Euolutio per uersum quę nomen a macedone accipit fieri solet cum decurio locum immutat & post positi omnes conuersi de hasta sequuntur. Interualliq; hisdem seruatibus consistunt per ordinem. Genus laconi/ cum agitur cum decurio immutatus de hasta uniuersam decuriam transfert & locum sibi parem alium acci/ pit & reliqui omnes sectantes recto se constituunt ordi/ ne & aptant: aut cum tergiductore immutant. Primus subsistens cōuersus de hasta ante ductorem se collocat: ceteriq; omnes sectantes alter se se pre altero ponit donec prefectus decurię primus constituatur. Choreus ita fit ut decurio de hasta mutatus decuriam antecedit & ceteri omnes sequantur. Dum ipse prefectus locum tergiductoris accipiat & tergiductor prefecti ita per decurias euolui solitū est. Quo eodem more per iuga quoq; euoluimus quotiens per ordinem euoluendū sit/ ut quilibet ordo aut locum seruans eundem euoluat aut dextro/ rum sinistrorsumue transeat. Nihil enim secus q̄ modo rettulimus agi oportebit. Duplicandi duo sunt genera. Aut enim per iuga: aut per altitudinem duplicamus.

euolutiones
per iuga

euolutio per
uersum

laconicum gen

Choreus

Duplicandi
duo genera

latū & infra
ita puto emē
dandū

15
Vtrunq; uel numero fit uel loco. Numero duplicabitur longitudo siquę. M. xxiiii. militibus constat. M. M. xlviii reddatur insertis & substitibus altitudinis in militum interualla eodem quem longitudo occupat loco. Quod facimus quotiens densare longitudinem placet. At ubi restituer placuit euoluere sua in loca iubemus eos quos inseruimus longitudini. Sed sunt qui genus hoc duplicandi improbent presertim hoste propinquo. Expedi/ tasq; copias atq; etiam equites cornibus iungi. Itaq; speciem dari duplicationis sine duplicandi accessione cen/ seant. Duplicanda est longitudo quotiens aut superare cornu hostium uolumus aut ne nostrum superetur ca/ uemus. Altitudines duplicare solemus uel addita secun/ da decuria primę ita ut secundę prefectus pone primę prefectum proximus collocetur secundus secundę quartus primę constituatur & tertius secundę: sextus primę ordinetur ac deinceps ad hunc modum ut tota secun/ da decuria primę inseratur & quartę simili ratione in tertiam: & omnes numero pares decurię in impares: uel bis eisdem decuriis paribus per euolutionem adiunctis tergo imparium. Aut igitur ita duplicanda est altitudo aut numero eodem seruato milites se se longius porri/ gent q̄tenus sui uersum & spaciū altitudinis duplicent. Cū aut restitui oportuerit aut interiectos adiunctosue tergo milites illos in suas decurias reuocabimus aut spacia coartabim⁹ quęq; interuallo auximus laxiore.

Ranuersa est phalanx quę longitudine multo pductiore constat q̄ altitudine. Arrecta est quę per cornu pgradiē longe pductiore altitudine constans q̄ longitudine omnino plus longitudinis q̄ altitudinis hēat: oblongū id consueuimus nōiare. Arrectū uero e directo q̄ plus altitudinis q̄ longitudinis hēat quōscā phalangē quoq; interpretari licet bis eisdem

Altitudines
duplicare

Transuersa
phalanx
Arrecta

Oblongū
Arrectū



16
Obliqua

Intercalatio

Prepositio

Impositio

Postpositio

Subiectio

Declinare in
hastam dextror-
sumq; proce-
dere

Ad scutum decli-
nare. 1. simi-
litorum

nominiibus. Obliqua est que alterum cornu quod libu-
erit propinquum obiciens hostibus eoq; decertans al-
terum semotius teneat manens aggrediendi opportuni-
tatem. Intercalatio est cum interuallis prepositi militis
inserimus per directum aliquos ex his quos postponi
placuerat. Prepositio est cum uel ex utraq; parte aciei
uel ex altera tantum fronti proponimus aliquos ratio-
ne auxilii. Impositio est cum leuem armaturam inter-
uallis alternatim phalangis totius inserimus. Postposi-
tio seu subiectio est cum leuem armaturam phalangi
incurue postponimus. Ita ut forma omnium copiarum
partem triplicis speciem preferat

Equitur ut quemadmodum ordines conuerti
ex suo loco sueq; instructioni restitui debent
doceamus. Cum itaq; ordines conuerti in ha-
stam assuescere uolumus precipitur decuriaz dextri ex-
tremi quiescere. Ceteras omnes per singulos declinare
in hastam dextrorsumq; procedere. Tum reddere in ar-
rectum. Deinde iuga posteriora colligere atq; ita densa-
to milite conuerti in hastam. Quo facto si restitui suum
in locum placuerit uidebimur immutari ad scutum: hoc
est quecunq; in locum uergere auersum tum ordinem
totum reuerti: hoc est quemadmodum milite obdensa-
to conuersus spectauit dextrorsum: ita totum transferri
in locum unde conuerti inceperat. Mox decuriones qui
escant reliqui procedant per iuga. Deinde immutentur
ut uergant quorsum principio spectabant tum decuria
dextri extremi quiescat. Hec enim suum iam obtinet
locum. Relique omnes ad scutum declinent & proce-
dentes restituantur. Ad postremum sursum precipitur
Itaq; suum quisq; recipit locum & seruat. At si conuerte-
re ordinem ad scutum uelimus precipitur decuriam le-
ui extremi quiescere reliquos omnes declinare in scu-

16
tum sinistrorsumq; procedere tum reddere in arrectum
Deinde iuga posteriora colligere: mox ad scutum con-
uerti ut iam actum sit quod uoluerimus hinc si restituere
placet: non secus q; illos in hastam conuersos restitu-
emus. Quippe qui rursus quenq; in hastam immutari
precipiamus. Deinde ordinem reuerti mox decuriones
quiescere & reliquos omnes procedere per iuga / tum
immutari postmodum decuriam leui extremi quiesce-
re / utpote suum iam locum obtinentem reliquas decli-
nantes in hastam procedere dum iusta recipiant inter-
ualla ad postremum reddere in arrectum atq; ita omnes
suum locum recipient. Si autem inflectere ad hastam
placuerit duas simul conuersiones ordinis faciemus.
Itaq; efficietur ut decuriones a prospectu aduerso in ad-
uersum per ordines immutationem transeant. At cum
restituere uolumus precipitur item ad hastam inflecte-
re: hoc est duas item conuersiones ibidem ordinibus da-
re. Ita enim fit ut eodem spectent decuriones quorsum
principio constituti spectabant antequam inflexio fie-
ret. Hec cum fecerimus decuriones quiescere precipie-
mus: reliquos immutatos iuga relaxare posteriora / tum
rursus mutari & ordinis postremam decuriam dextraz
quiescere. Iam enim hec suum in locum restituta est re-
liquos declinare in scutum procedere & suis interuallis
restitui mox reddere in arrectum. Itaq; ordines primū
suumq; locum recipient. Sed si inflectere ad scutum ue-
limus preceptis utemur contrariis: hoc est bis inflecti
in scutum quo facto restitutionem agemus: quod ex
his que modo exposui apertum iam est. Deflexio agi-
tur cum ordinem ter partem uersus eandem conuerti-
mus: hoc est aut in hastam aut in scutum. Facit porro in-
flexio in hastam ut militum ora transferantur a parte
primore ad posteriorem. Deflexio autem facit ut a pri-



more uel ad leuam deueniant uel ad dextram: nam si ad hastam deflectitur in leuam transfertur: si ad scutum in dextram. Si phalāgem densari cornu uersus dextrū placuerit. precipiemus decuriam cornu dextri quiescere reliquas autem declinari in hastam atq; in dextram colligere. Tum reddere in arrectum & iuga posteriora colligere. Cum autem restituere libet quiescere decuriones reliquos immutari. & iuga relaxare posteriora. Deinde rursus mutari. mox decuriam cornu dextri quiescere. iam enim restitutum in dextro est. reliqui ad scutum declinare suosq; duces sequantur & primis interuallis receptis reddant in arrectum. Si autem cornu uersus sinistrum densari phalangem libuerit preceptis e contrario utemur. Mediam item phalangem si densari placuerit precipiemus dextram duplarem phalangem declinare ad scutum: leuam ad hastā tum procedere mediam uersus phalangem mox omnes reddere in arrectum: iugaq; posteriora colligere. At si phalangem primis instituerit locus uelimus precipitur immutari & per iuga procedere: excepto primo tum omnes rursus mutari: & dextram duplarem phalangem declinare in hastam: leuam autem in scutum. Mox lectari suos ductores donec ad prima deueniāt interualla. Deinde reddere in arrectum sed quotiens immutatur si per densationem agitur erecta teneri spicula omnia ne impediant conuenit. his eisdem exercitiis ac preceptis leuis quoq; armatura instituenda erudiendaq; est. Sunt certe precepta hęc Inmutationum: Conuersionum: Inflexio-

17
num: Euolutionum: & Restitutionum utilia/ ad subitos hostium superuentus quos uel a latere uel a fronte intulerint. Macedonicam euolutionem Macedones inuenisse proditum est. Laconicam ad Lacedemonios referunt auctores quocirca ita nuncupari meruerunt. Philippum tamen qui Macedonū imperium auxit & grecis apud Cheroniam profligatis Grecie imperauit/ ac eius filium Alexandrum qui breui Asiam in suam ditionem redegit: Macedonicam neglexisse euolutionem legimus: ut nisi summa utendi necessitas cogeret nunquam uterentur. Laconicę usu utrunq; aduersarios deuicisse ferunt. Datur enim Macedonicę uicio quod hoste repente a tergo superueniente non sine magna turbatione ageretur. Nam cum posteriores conuerterent se se in locum priorem & rem haud quaquam fugę dissimilem faceret hostes audaciores reddebantur & iam milites qui ita euoluissent deterrere ac persequi poterāt Laconica certe e contrario agit. Vbi enim duces una cum sequente milite uerterunt se se obuios in hostem a tergo superuenientem terrorem inferre nimirum possunt & turbationem. Sed assuefaciendę sunt copie/ tam pedestres quam equestres / partim uoce/ partim lignis que uisu percipi ualeant ut rem apte ac oportune quam quisq; exigat usus possint expedire. Nonnulla etiam tuba precipi conuenit. Ita enim plenius omnia ministrabuntur. Certiora sunt ea que uoce indicantur: nisi quid sit impedimento: sed tranquilliora que signis mandentur uidelicet cum res nulla est que obstet atq; obscuret.

Philipp^o p^o
gatis apu
cheronea
grecis in
um grec
adept^o e



Vox autem percipi interdū non potest: aut propter ar-
morū sonitū aut propter equorum trāsitū & hin-
nitū: aut propter impedimentorum tumultū: & to-
tius multitudinis strepitū. Signa quoq; multis rationi-
bus obliterari possunt ac euanescere: nam & crassitudi-
ne aeris: & puluere excito: & hūbre: & solis splendore
opposito. Ad hęc locorum inęqualitate & frequentia
arborum. Adde q̄ interdum fieri non potest: ut signum
ad unūquęq; ulum preparemus: cum longe plura pos-
sint occurrere q̄ quibus assuefacti sunt milites. Nouis au-
tem rebus quid nam consueti signi afferatur. Non ta-
men concidi ita potest ut p̄ceptum simul & uocis &
signi incertum sit.

De itineribus.

Vnc de itineribus dicam si ante quot modis ex-
pediri solet iter diffiniam. Itinerum aliud arret-
ta inductio est: aliud deductio aut dextra aut
leua: & aut simplici aut duplici latere aut triplici aut qua-
druplici agminis procedetur. Simplici cū ex parte una
aduersarium aggressurum suspicamur: duplici cum ex
duabus: triplici cum ex tribus: quadruplici cum undiq;
Vnde fit ut iter aut simplici phalange agatur: aut dupli-
ci: aut triplici: aut quadruplici. Arrecta inductio est cum
ordo ordinem sequitur. Verbi gratia: cum uel Xenagia
p̄cedente: relique sequuntur Xenagię: uel quadrupla-
rem decuriam relique ordinatim sectantur. Itemq; agit-
tur per cornu altitudine longe productione q̄ longitudi-
ne nec pluribus q̄ duabus decuriis hōibus denis com-
positis constat ordo. Huic opponitur genus aciei: quod
Coelmbosum quasi rostrū cauum nominamus / quod
ita instruitur ut duplicatę phalāgis p̄cedentia cornua
inter se distent sequenti iungantur ad formam littere. V-
sicut descriptio ostēdit. Quę ut primos disiectos ita iun-


*Arrecta in-
ductio*

Coelmbolū


Coelmbolū

ctos inter se habet ultimos. Cum enim arrecta illa indu-
ctio medium aduersariorum petat. habet id cauum ro-
strum in promptu ut soluta coniunctione extremorum
impetum copiarū primarum frustet: lateraq; inuadat
arrectę inductionis inimici. Qui etiam triplex pha-
lāx obūci huic eidē generi ita potest ut una alterius cor-
nu impugnet. secunda reliquum cornu agrediatur me-
dia & tertia impetum maneat & conflictum.

Arrecta inductio.



p p



Deductio est cum phalanx suos duces: hoc est
decuriones aut parte dextera habet deducētes
quę dextera deductio dicitur: aut leua que de-
ductio leua nuncupatur / non item per decuriam sed per
iuga ambulās cornu p̄posito & latere instructa aut du-
plici aut triplici aut etiam quadruplici prout hostes exi-
stinet aggressurum. Sed quasi utraq; phalāgis pars suo
latere conflictum ineat primum / ita describatur ut lon-
gitudinem triplicem q̄ altitudinem habeat. Frons enim
x. altitudo tribus constat hominibus. Quā ob rem mi-
les non tantum ex directo uerum etiam ex latere aggres-
sus conflictum tum excipere tum inferre nimirum per
exercitationem debet condiscere.

Deductio

Arrecta deductio leua.

d d d
F d d d
r d d d
o d d d
n d d d
s d d d
d d d
d d d
d d d
d d d

Arrecta deductio dextra.

d d d
d d d F
d d d r
d d d o
d d d n
d d d s
d d d
d d d
d d d
d d d

Halax que antistomus a duplici frontis seu oris obiectu quali occeps uocata est. Ita instruitur ut mediis tergis inter sese oppositis consistant. Extremi autem confligant cum aduersariis. Perutilis haec pedes tribus copiis est: cum aduersus largam hostium equestres copiam dimicant/melius enim resistunt circumventioni & multiplici equitum inuasioni. Valet hoc instruendi genus potissimum contra barbaros: qui loca histro anni uicina incolunt: quos amphippos cognominant a mutatione equorum: ex aliis enim equis in alios transilire consueuerunt. Equestres que opponuntur copiae forma constantes quadrata in ordines duos parte altera longiores prorsus necessitate diuise sunt/ut totidem membris phalangi peditum bipartite obiciantur.

Phalanx Occeps.

Antistomus phalanx



Amphippi
loca ista uicina incolunt
ga ex alijs in alios equos transiliumt

△ △ △	q p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △
△ △ △	p p p p p p p p p p	o o o o o o o o o o	o o p p p p p p p p	△ △ △

Halax amphistomus nomen a duplici fronte siue ore in lateribus instituto accepit ita ut latericeps quaedam & anceps posset nominari. Similis superiori occipiti est preterquam quod illa suis extremis decertat haec suis lateribus dimicat. Cetera uero que de superiore exposui huic quoque conueniunt: omnia hastis longioribus tam haec quam superior illa pugnat more Alatorum & Sauromatarum. Spectat decuriarum dimidium in partem priorem reliqui conuersi sunt in posteriorem ita ut dimidiati milites oppositis inter se tergis praeficiantur fronte duplici: altera priore quam decuriones conueniant: altera posteriore quam tergiductores: cum etiam in duplarem phalangem copiae diuidi possunt. ut frons prior altera constituat phalange posterior altera consistet.

Phalanx Anceps.

△ △	p p p p p p p p p p	p p p p p p p p p p	△ △
△ △	p p p p p p p p p p	p p p p p p p p p p	△ △
△ △	f p p p p p p p p p	p p p p p p p p p p	△ △
△ △	r p p p p p p p p p	p p p p p p p p p p	△ △
△ △	n p p p p p p p p p	p p p p p p p p p p	△ △
△ △	s p p p p p p p p p	p p p p p p p p p p	△ △
△ △	p p p p p p p p p p	p p p p p p p p p p	△ △

Amphistomus phalanx

Alam & Sa
romatae l
grocibus l
stis pugr


Rostrū exit
in mucronem

Rostrū equestre
philippus rex
inuenit

Philippus

Halanz duplaris Antistomus: hoc est occeps
nuncupatur que suos duces non extra per de/
ductiones sed intus aduersos inter se positos
hēat. Tergi autem ductores extra uidelicet in dextram
leuamq; deductionem distinctos. Forma hęc instrui lo
let quotiens aduersarii equites forma rostri agrediuntur
Cum enim rostrū exeat in mucronem/ ducesq; sequen
tes de latere habeat: tentantesq; frontem copiarum pe/
destrium rumpere ne id eueniat duces peditum in me
dio stant ut impetum aduersariorum uel impediāt uel
re infecta faciant preterire. Qui enim rostro instructi
agrediuntur ea spe sunt ut medios aciei proffigant om/
nesq; turbent copias. Quod cum principes copiarum
pedestrium intelligant. Vtraq; ex parte sele ueluti murū
constituant. & paulo inter se distantes uergentesq; ad lo
cum penitiorem impetum irritum reddunt aduersario
rum. Genus id instruendi equestre quod rostrum dici
mus. Philippum regem Macedonum inuenisse scribi/
tur. preponere ille strenuos omnes solebat ut eorum uir
tute miles quoq; deterior contineretur: opusq; una cum
prestantiorebus prosequeretur more spiculi autēns cu
ius acie pro sua soliditate suoq; acumine facile trāsigen
te reliquum etiam ferrum q̄ q̄ hebes non sine efficacia
penetraret.


Phalanx duplaris Occeps.




Halanz duplaris Peristomus seu Amphisto/
mus id est latericeps siue anceps illa est cuius
partes per deductionem cornu prepolito obli/
que procedāt & dextra habeat leua tergiductores intus
Cum enim aduersa acies quadra diuidat se in duo obli
qua cornua dextrum & sinistrum cupiens aciem hosti
um similem circumuenire: hac de causa: qui circūuen/
tum sibi uident imminentem in duplicem mobilem
phalangem sese afformant & partem sui alteram in le/
uum dirigunt cornu: alteram uertunt in dextrum. Vnde
nomen Peristomi: hoc est latericipitis genus id accipit
Quippe quod latere suo utroq; frontem spectantem in
hostem habeat.

Phalanx duplaris latericeps.

Phalanx duplaris latericeps.



Amphistomus.



Similiceps



Halanz homeostomus a similitudine oris seu frontis nominata quam similibipitem appellam rim ita fit: ut decuriam perfectam: hoc est hominū .xvi. mouentem in hostem sequatur alia similis: unde Homeostomus dicta est. Nam & qui sequuntur simili fronte & forma comitantur. Opponitur hęc generi aciei quod plinthium a latere uocant quem si pla-

homeostom
phalanx

plinthium

ect Laterulum dices. Ordinatur id genus tam forma q̄ numero equilaterum. Forma inquam cum undiq̄ equalibus constet spaciis. Numero autem quot hominibus longitudo componatur totidem etiam altitudo. In hoc eodem ordinis genere omni ex latere armatos apponi solitū est nullo uel sagictario uel funditore adiūcto. Cōficitur hīc laterulus ex duabus dimeriis decurię nanq̄ dimidium dimeriam dicimus. Cum enim decuria sex constare hominibus debeat: Dimeria octo constat Bīpartia id interpretetur si placet quoad melius uocabulū inuenerimus.

Phalanx similiceps.




Halanz duplaris homeostomus est cum partes equali progredientes itinere aut in dextra deductione ambe continent suos duces aut in leua.

Decuria
mediū di
ria uoca


Homeost
mus dup
ris

Duplaris semiliceps.



Heterostomus p Halanx Heterostomus a frontis diuersitate appellata quam Verlicipicem dixerim ita instruitur ut ambulans per inductionem duces ordinis precedentis habeat ut sit in dextra deductioe sequentes autem in leua: ita ut ordines alternata principum locatione procedant. Nullus enim eodem latere suos continet principes quo antecedens.

Phalanx Versiceps.




Vnam que ad speciem oui instruitur Leon thessalus excogitarat unde ile uocata est tuolq; thessalos eo ipse genere instruendi exercuit. Vti

*Leos thessalye
ile tuema
excogitarunt*

le hoc est cum singulis suis angulis singulos habeat principes. Primum Marcham hoc est turme prefectum. Vltimum tergiductorem. Vtrinque autem lateris custodes. Opponitur huic acies que forma lune cornibus in partem ductis priorem formetur. Ducesque suis in cornibus habeat & suis brachiis circumuenire aduersus equitum copias tentet. Quam ob rem ille more Tarentinorum a longe iaculantur circulares retorquentes accessum et turbantes. Tarentinos iaculatores appello sicut inter initia operis dictum est a tarento calabrię oppido cuius equites paruo quodam iaculo uti consueuerunt.

Turma ad oui speciem.




Acies Lunar.

Vna parte altera longior duplici altitudine constat que longitudine. Vtilis hec multifaria est quippe que possit decipere aduersarios quasi paucos


*Tarentini
iaculatores
& cursus
dicti*

contineat milites quoniam non multum latitudinis de-
cupet & rumpere facile pro sua densitate & impetu aci-
em aduersam. Apta etiam est ut sensum per locorum an-
gustias transeat. Opponitur ei pedestris acies que trans-
uersa phalanx uocata est. porrigit enim se longius ut eti-
am si interrumpatur exigua sit que rumpitur altitudo de
equitum impetus non in multitudine heret sed in ua-
cuum breui efferatur. Hec enim causa est cum multipli-
cem ad suam altitudinem habeat longitudinem.

Turma parte y y y altera longior.



Frons



Phalanx transuersa

St & altera turma oui similitudinem gerens de
qua nihil amplius dici potest q̄ ita esse compo-
sitam ut uerset quidem sed nō iuget. Nam eius
usum commoditatemq; superius exposuimus. Ergo ge-
nus id inuentum ab Heone thessalo mandatum post ex-
ercitatiōi ab lasone medea marito. Tutū etiam & percō-
modum esse cum undiq; custodiatur decurione: tergi-
ductore: custodibus latis apertum iam est. Cōstat hec
turma ex equitibus sagittariis more armeniorū & par-
thorum. Opponitur ei acies pedestris que Epicampius
improstha dicitur id est inflexa Antica. Ob eam rem



altitudo qd
t hinc di
es

Heo
Iason
Medea

picampios
improstha

quia ductis cornibus in partem priorem in finem se cō-
cumagat. Flexumq; imitatur. Fraudem hec in sagittari-
os equites ita emolitur ut uel egressos & cominus dimi-
cantes suo complectatur sinu & circumueniat uel corni-
bus suis perturbet illorum robur & frangat atq; ita me-
dio milite alacriore possit euincere.

Turma ad Oui speciem.



Phalanx inflexa Antica


Vm etiam genus habetur phalangis que Epi-
campius opistha dicitur e contrario q̄ superior infor-
mata. Cū n. illa ante se flectat hec sua cornua in

Epicampio
opistha



partem ducens posteriorem. Itaq; ut illa Antica sic hęc Postica nominetur. Vtilis ea quoq; ad fraudez est. quippe que parte media patens paucos qui precedant ostendat multos autem qui pone subsequantur habeat. ut si conflictum tolerarint superarintq; latis sitis minus facile ad utranq; suorum partem recurrere. longiq; maiori ordini ualeant. Que autem contra id genus opponitur Incurua ob id appellata est. quoniam in portionem flectitur orbis. Studet hic suas copias paruas esse ostendere frontis incuruę ratione. Quippe cum omnia que in orbem globumue formantur parua suo quidem ambitu esse uideantur quanq; si explicentur in duplum se porrigunt quod liquidum in columnis est que cum in orbem se colligant undecunq; aspiciantur dimidiũ sui tantum patere patiuntur reliquum penitus occultat. Est autem optimum instruendi artificium ut plus inferas aduersariis copiarum q̄ primo aspectu ostendas.

Inflexa postica.



Questris phalanx quadrata & si forma seu figura quadra instruitur tamē nō numero quoq; aptatur quadro. Haud enim in quadratis numerum certo modo describimus Sed licet etiam duplices ad altitudinem reddere longitudinem: uidelicet pro usu imperatoris. Perse potissimum forma hac usi sunt & si culi & grecorum complures cum & facilem esse instructum animaduertent & usum comodiorem. Opponitur ei phalanx pedestris quod rostrum uocamus ita instructa ut latera omnia armatis copolata habeat. Translata hęc forma ab equestribus rostris est. Verum in ordine equestri unus in monte primore satis sit. At in pedestri nō unus occurioni hostiũ sufficit sed tres propugnent necesse est. Sic Epaminundas Thebanus Imperator cum apud leuctra aduersus Lacedemonios decertaret: constipatis in rostrum copiis ingentem exercitum profligauit. Effici genus instruendi hoc solet quotiens duplaris antistomus hoc est anceps illa sua cornua priora coniungit. Posteriora seiungit ad formam littere V deorsum inuerse. Λ.

Phalanx quadrata equestris.



Rostrum

Epaminondas





pleſiu

implexa pha
lanx.

Enus quod Pleſium parte altera longius appella
 g mus multiplici longitudine q̄ altitudine con
 stare & omni ex latere armatis componi ſagi
 ctariis ac funditoribus conſtitutis in medio ſolitum eſt
 Qui contra eiſmodi formam preliantur. Genus pha
 langis quam implexam uocamus obiciunt ut ſue for
 me inæqualitate prouocent pleſium aduerſum impetū
 facere in eos qui prominent atq̄ ita reſoluere denſam
 pleſii inſtructōem. Et quidem decuriones implexe pha
 langis duces aduerſos obſeruant ut ſi denſa acie illi agāt
 ipſi quos denſa excipiant. Sin illi reſoluantur ipſi etiam
 diuſi occurrant.

Nihil de eſt.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Pleſium.

Frons.

Circumſcriptio iugis.


Phalanx Implexa.



Phalangis circumuentio


Phalangis circumuentio est cum cornu utrunq[ue] superat aduersarios hoc est excedit & quasi cōplectitur.

Præcipue



Circumuentio phalangis.

Alterius cornu circumuentio est cum altero cornu hostem superamus: Vnde fit ut q[ui] sua phalange superat idem etiam cornu superet aduersarium: qui autem cornu superat non preterea idem phalange superet. Fieri enim potest ut etiam paucioribus copiis hostem superes tuo cornu & complectaris.



Circumuentio alterius cornu.

Extenuatio est cum altitudo phalangis contrahitur ut ex. xvi. quibus constat hominibus redigatur in pauciores.

Impedimenta haberi in primis necessarium est & ducem iis constituere probū conuenit. Modis quinque possunt duci impedimenta. Aut. n. præcedant copias omnes aut sequentur: aut in alterutro latere cōstituentur: aut in medio copiarum claudentur. Ponentur ante phalangem si hostilem agrum ingredieris. Post phalangem si latera metuis. Intra phalangem si planum agmen placuerit ducere.

Optimum præcepta repetamus colligamusq[ue] omnia acierum instruendarum si prius admonuerimus breuiter quicquid præcipi usus exigit id et breue esse et omni ambiguitate carere oportere. Non enim solum celeritate est opus uerum & claritate uocabuli ne alii hoc alii illud & plerumq[ue] contrarium faciāt. Verbi grā si dixeris: declina: uerbo hoc audito possunt

Alterius cornu circumuentio

Extenuatio

Modi 5 ducendi impedimenta



Claritate uocati
uli opus esse
in bello

alii declinare in hastam alii in scutum que res non par
inferret perturbationis. Cum itaq; generis ac totius lo
co habeatur uocabulum illud: declina: Adiungere de
beinus ad hastam/aut ad scutum: pro ut res exigit: &
quidam ante ut pars toti anteponatur hoc modo. Ad
hastam declina ita enim omnes idem sine errore faci
ent. Item immuta aut euolue generis prefert communi
tatem: Quia ob rem partem siue speciem preponemus
ut in hastam immutare. Sic itaq; precipiemus laconicam
euolue macedonicam euolue choreum euolue. Nam si
euolue laconicam dixeris: aut euolue macedonicam eue
niet ut diuersę euoluendi agatur species. Hac igitur ra
tione cauendum est ne quid ambigue ne quid obscure
incerteq; precipiatur & ut species suis anteponat gene
ribus seruandum omnino est. Iuuat porro ad eam rem
plurimum silentium militum. Quo circa silentium in pri
mis attendendumq; imperabis quod Homerus quoq;
poeta preclare illis carminibus notat.

Homer)

Sic argiua phalanx in prelia densa moueri
Assidue pariterq; suos dux quisq; regebat
Imperitans alii mox festinare silentes
Dixeris: haud tantas gentes sub pectore uocem
Condere: conspecti metuentes principis ora.
Barbarorum contra tumultum & tur
bam pecori ita comparat.

Homer) grecos
milites a se
tio comendat
contra in barbaris

Homer)

Ac ueluti innumere domini locupletis in aula
Ad mulctram coguntur oues balatibus ille
Perculsa care sobolis uoce omnia replent
Sic troum audiri per campos undiq; clamor
Et alibi eadem de re ita refert.

Homer)

Tum phruges ingenti strepitu & clamore feruntur
More gruum passis liquido super aere pennis
Que postq; gelidas hyemes hymbremq; niuaem

Fugere oceanı repetunt clangoribus undas.
Ast animos taciti spirantes ire pelasgi
Alter in auxilium alterius properare parati.
ge ad arma: assiste ad arma: impedimenta a pha
lange secedant. Miles attendat preceptis: suscipe
a recipe: dista: erige spiculum: uersa iuga: respice
precedentem: suam decuriam dirigat tergiductor: Con
stituta interualla cōserua: ad hastam declina: collige: ita
consiste. In arrectum redde: ad scutum declina: collige:
ita consiste. Ad hastam immutare: collige. Ita cōsiste. Alti
tudinem duplica: restitue: laconicam euolue: restitue: ma
cedonicam euolue. Restitue choreum euolue. Restitue
ad hastam: conuerte. Restitue ad hastam: inflecte. Re
stitue. Hęc de aciebus iustruendis habui que breuiter
ad te scriberem imperator tibi uictoriam hostibus pro
fligationem allatura. Vale.

Finis Aeliani.

Impressum Romę per Venerabilem uirum Magistrum
Eucharium Silber: alias Franck. Anno domini Mille
si moquadringentesimo octogesimo septimo. Quinto
decimo kal. Martii.

Registrum.

Primum uacat Copię instrui.	Tum sinistrorsumq;
Sit compellat Rhombi formam.	Phalanx Le hoc est.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

